



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput IV. De præscriptione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

Cap. IV. De
Pragm. 18. titulo de offic. Iud. M. R. C. in novissi-
ma dicitur, ut iudices iudicent saltem facti veritate
iuxta ea quae Pragmatica facit, ut ij non debeant res-
pondere nisi factum causa; non ergo habere possunt
aliam prescriptionis, quae fundatur in iure: sicut
etiam prescriptionis legem respiciere in ju-
dicio iudicibus ad prescriptionis colligantibus; Relato-
rum non licet, ita neque colligantibus; Relato-
rum eadem est ratio; si autem hic prescriptionis
aliam non respiciant, quia ratione illa frui in con-
fessionis possunt?

Terzo, quia, etiam si nulla per predictas munitiones foret indotta esset abrogatio juris præscriptio-
nis, concludendo tamen tam diuturna, per quam mul-
tis annis in Sicilia à Tribunalibus jus præscrip-
tionis expulsum est, ita ut ridendus ille esset, qui in
iudiciis pro Cliente vellet beneficium præscriptionis
proponere, concludendo, inquam, tam diuturna, quæ
est contrarium sententia, legis vim habet, satis, super-
ius in hoc Regno jus præscriptionis abrogavit; lege
vero, quæ fit abrogata nemo, ut ex se patet, uti
solet, in conscientia. De hac consuetudine hic testatur
F. Franciscus del Castillo huius Regni præfector
in *summis* tom. 2. decis. 94. numero 71. citans Vrsill.
del Castillo. decis. 13. & Paris. conf. 101. vol. 1. *Hæc
legis præscriptio* 1621. præscriptiones non admittunt in
Magna Curia quæ ut *Amatus* dicitur
et equitatis semper odit præscriptiones. & adversus
eas perpetuas seu longissimi temporis. Sic item Anto-
nius de Amato ex Siculis iurisperitis nensis secundus,
lib. 43. num. 27. Quævis per lapsum triginta annorum
hoc legitimum tempus præscribendi de iure est, jus
tamen utitur remissum esse, omnes firmiter; tamen
in Magna difficultem locum obtinere posse existimo, nos enim
adhibemus præscriptionem nisi longissimi temporis, aut
centenariam, vel immemorabilem, cum existimetur præ-
scriptio iniquissimum prædictum, maxime in Magna Re-
gia Curiaque sola factis veritate inspecta procedi, et quæ
nunc equitatis appellamus. Hæc Amatus, qui scripsit
anno 1647. Id quod signare adverto, quia Castillo, qui
non longissimi temporis præscriptiones non admitti
potest, cum Amatus afferat has admitti.

1. Seconda sententia docet, Titium non obligari in conscientia ad restituendum prædictum pradium, sed potius in foro interno beneficiis præscriptionis. Fundamentum potissimum esse debet quia in foro conscientie saltem ante iudicis sententiam, adhuc viget in hoc Regno lex iusta de præscriptione à Iure communis induta, quod probatur, discurrendo per illa tria capita, quibus prima sententia concedit in Sicilia abrogatam potius esse præscriptionis legem. Cum contra aliud caput assignari nequeat: si aliquo illis abrogata non est, adhuc illam in hoc Regno saltem ante sententiam, ut nec de clarabimus, immota persisteret.

9. Primum igitur à Martino Rege Siciliae abrogata
est lex præscriptionis. Ecce verba Martini Regis
Capit. 57. de præscrip. ex idiomatico Siculo in Latinum
facere fide conversa.

Continet, & Quoniam subditi nostri Sculis libris, prope eum questionibus antiquis vexantur a quibusmodi se iuri dies nequeunt, quia ob bellorum turbines privilegia, documenta, scripturas, ac testes amiserunt. Et de presenti Constitutione precipimus, ut omnis prescriptio tempore triginta annorum siniat & c. ita ut omnes loci, & omnis actio cuiuscunque causae, ob qua, triginta annis infra, nulla fuerit lit contestata, vel legitima protestatio restituta cadito presentis Constitutionis prorurs submoueat nulla ad ex predictis causis triginta annos ultra, nisi velis ad instanciam. Aliae tamen Prescriptiones decem annorum, & annorum viginti in suo robore juxta dispositionem priorum canonum firmi remaneant. Hæc Martinus Rex.

to. Ex his oppositum colligo ab eo, quod prima sen-
tentia supponebat: Primum enim in his postremis verbis
Alia (namque) prescriptiones decem annorum, &c. remaneant

Pars I.

clarè apparet nihil in hoc innovari de jure communi. Secundò per illa verba (*triginta annis ultra*) adjunctò illo procemio (*irribus vexantur, &c.*) nihil aliud velle Martinum Regem video, nisi prohibere Siculis, ne expolcent à Principibus titulos de rebus ab ipsis possessis ante annos triginta; non ergo per hoc tollitur præscriptio, imò ampliatur, ut, si quando per jus commune in aliquibus rebus requirebatur possessio quadraginta annorum, vel amplius, jam per hanc Martini legem sufficiant triginta, id quod in beneficium subditorum præcepit Rex, ne tunc ij urgentiori offendere titulos propter bellorum tumultus fortè deperditos. Dico (tunc) nam hodie vix locum habet hoc beneficium, cum neminem nec cogatur offendere titulum suæ possessionis, habita tempore illo eorum tumultuum, pro quo tempore disponere dumtaxat audeat Martinus. Tertio, perpendantur, imò solùm legantur ea verba, quibus veluti concluditur mens huius legislatoris *Nulla ex prædictis causis, triginta annis ultra in nullo iudicio audiantur* qui clarius:

11. Secundò, Pragmatica Regni beneficium præscriptionis nequaquam ademit *Pragm. 17. in noviss. t. 1. de Offic. Ind. M. R. C.* Ecce eius verba ex Hispano in Latinum fideliter translata :

Considerantes enascs fore in nostro Sicilia Regno non modicas differentias ac lites ob quendam modum, qui de dinate Magna Curia servatur procedendi summarie, vel ordinarie in aliquibus causis, quae hoc id in longum extenduntur, ac penè redduntur immortales cum maximis expensis, & partium damnorum, ac volentes earum indemitatis consilere, tenore praesentium precipimus, ut in posterum in omnibus causis, tam civilibus, quam criminalibus procedatur summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, sed solum veritate facti inspecta, &c. & paulo post: Declarantes nequaquam per hanc praesentem dispositionem aliquid derogari debere dispositioni iuris circa probationes necessarias, vel circa appellationes.

12. Deus immortalis ! & est, qui ex hac dispositione colligit præscriptionum legitima jura esse sublata; Primò, lex hæc solum intendit expeditionem casuum, non ergo derogationem juris tam certi, quale est ius præscriptionis. Secundò, solum intendit prolixas, easque inutiles litas, atque expensas rescire. At, qui nititur jure præscriptionis à sanctis legibus tam prudenter institutis, nullo modo litas inutilis, ac superfluas expensas intudit. Tertiò, ei, qui putat sibi iniustitiam fieri, datur jus appellandi; signum, quòd neque alia iura eidem adimantur. Quarrò, hæc Præscriptio tota est in statuendo modum procedendi summarie, ut vel cæcis pareat. At ius præscriptionis non obstat summarie procedendi modo, & statim sine strepitu, & de plano ejusmodi jus proponi, & excipi potest: cur ergo ab hac Præscriptiva illud abrogari dicendum erit? Quintò,

to, fignate legiflator advertit ex eo, quòd caufa fum-
marie agitandæ fint, non fieri, ut ea jura, & modi
procedendi, quæ neceffariò imbibuntur in caufis, &
neceffaria funt ad probationes firmandas, prætermitt-

necessaria iura, & proinde non necessaria sunt, & terminantur; Quare solum aliae juris solemnitates, & terminantur fortensiones veluti extrinsecæ, & quæ necessariae ad ius partium indagandum non sunt, jubetur prætermitti. Non ergo jus præscriptionis, quod maxime pernecessarium est ad iura partium cognoscenda. Sexto, Quâdo dicitur in Pragmatica, *facti solum veritate inspecta* non removetur præscriptio; sed potius aduocatur, nam, me possedisse rem tot annos factum est, non Jus: esto, deinde fit necessarium connexus huic facto illud jus præscriptionis, quod ad tale factum consequitur. Quapropter inspectio sola facti non excludit inspectionem juris, quod est necessarium ad decidendum de tali facto, sed, temerè & sine ratione deberet Index decidere, quod asserere esset nimis ridiculum, sed solum excludit solemnitates illas, terminos prolixos, & longos: easque non necessarias discussio-

Cc 2 RES,

nes, ut dictum est, Nec omisit id advertere prudens legislator, ibi: *Nequaquam aliquid derogari debere circa probationes necessarias.*

13. Tertiò. Contraria consuetudo legem Præscriptionis in Sicilia saltem ante sententiam Judicis non abrogavit. In præsentis dicto aliquando diutius est nobis immorandum, quia argumentum ductum à prædicta consuetudine videtur magis apparens contra Siculas Præscriptiones.

Et quidem duæ sunt consuetudines in re hac nostra perditiliger distributæ. Altera est, quam fortè potuisset introducere Populus Siciliae, per quam noluisse servare leges Præscriptionis à Jure communi statutas. Altera est, quam introducere potuissent Judices, & Tribunalia, per quam noluisse judicare secundum prædictas leges præscriptionis, & ad id moveri potuissent ex eo, quod præsumerent in Siculis non raro possessionem incepisse mala fide, quo pacto nulla Præscriptio esset legitima, vt §. 1. dictum est, potuerunt ergo repellere exceptionem præscriptionis ob hanc præsumptionem malæ fidei, sed deinde processu temporis fuit absolutè, & simpliciter introductus stylus omnem præscriptionem etiam bonæ fidei, repellendi. His positis:

14. Dico primò Probabile est, immò mihi certum: nunquam Populos Siculos introduxisse consuetudinem contra Præscriptionis beneficium sibi censeum à jure communi, ita ut illo uti nunc non possint ante sententiam: quare ante hanc licet illa vti poterunt perinde ac ceteri Jure communi fruente, & consequenter Titium num. 1. allatū non obligari ad illius prædij restitutionem.

Probatur primò. Ad Consuetudinem introducendam contra aliquam legem, quæ contraria consuetudine, lex abrogatur, duo inter cetera concurrere debent. Primò, ut actus abrogativi legis sint voluntarij iis, qui introducere debent dictam abrogantem consuetudinem. Secundò, vt sint ex intentione introducendi novam consuetudinem obligantem; jam expendamus utramque pro nostra proposita probatione.

15. De priore sic habet Castro Palaus tom. 1. tract. 3. disp. 3. parte 2. §. 3. num. 11. (lege etiam multos DD. apud Dian. par. 6. tr. 5. resolut. præc. 9.) *Ad stabilendam consuetudinem requiruntur actus voluntarij his, qui consuetudinem introducere debent, quia ex eorum consensu libero debet introduci, aliis vim legis habere non possunt, & ita debet cum communi Suar. & Salas Bon. Hæc Castro Pal. Ad. di. Sanchez, lib. 7. de legib. 12. fin. & cap. 18. num. 8. Si per vim, aut metum gravem obligetur Populus actionem aliquam præstare, & in eo longo tempore persistere, nunquam censendus est præstare consensum sufficientem consuetudini introducende, quia præsumi non potest velle stabilire jus altibus, ita sibi repugnantibus: Idem dic. si illi actus sint ex ignorantia, vel errore circa substantiam consuetudinis, nihil magis voluntati contrarium, quàm ignorantia, & error. Hactenus ex Suar. alios referente.*

16. Jam subsumo, Siculi Populi, qui introducere debuerant consuetudinem contra beneficium Præscriptionis, nunquam exhibere ante sententiam, de qua loquitur, actus contrarios ejusmodi beneficii; ergo, &c. Antecedens mihi fit admodum probabile, quia nunquam ausus fuimus aliquem Siculum ante sententiam restituiss. rem à se per legitimam præscriptionem juris communis traditam, sed semper post sententiam: quod autem Judices per longam consuetudinem judicare soleant contra præscriptionem, nihil obstat communitati; Judices enim concedere leges sine communitatis consensu non possunt. Audi Castro Pal. ibidem, num. 7. (vide etiam Fagundes tom. 2. in Decalog. lib. 8. cap. 10. num. 9. loquentem de Stylo Curia Romanæ.) *Ex his constat Decisiones Rota, & Declarationes Cardinalium, & Sententias Cancellarie, & Regij Senatus non esse necessario habend. pro lege, quia non procedunt à Judicibus habentibus auctoritatem legis constituendæ, & ita tradit Suar. Sanchez, Salas.*

17. Verum, age, demus Siculos non fuisse infestis præscriptionis, Certe vel propter metum, vel propter ignorantiam, qua putabant non posse, id evenisse præsumendum est; & consensum non affuisse sufficientem consensum ad consuetudinem firmandam. Quid enim facerent, dum videtur explodi à Tribunalibus illos, qui Jus præscriptionis, si ponent; Fateor potuisse post sententiam voluntate acquiescere, ut mox explicabo clariùs. Sed ante sententiam, ut hic loquimur, probabilissimum est nunquam acquiescere, quia nunquam, nisi fatus, juri fuisse acquisito renuntiare quis præsumitur.

18. De posteriore conditione sic habet idem Castro ibid. n. 12. lege item mult. apud Dian. p. 6. tr. 5. resolut. præc. 9. *Actus, quibus introducitur consuetudo, debet esse ex intentione introducendi consuetudinem, nam absque hac intentione, quæ voluntatem, & efficaciam habere consuetudinem test. & paulo post: Consuetudo, quæ legem abrogat, non potest, vel novam statuere, necessariò procedere debet ex intentione statuendi novam, quæ alià vià statui non potest, nisi procedat ex intentione se obligandi ad illius observantiam, quia juxta intentionem populi talis est consuetudo, in his ferè omnes Doctores conveniunt, vt videre est in Salas, Bon. Valg. Sá, Azor. & aliis. Hæc Castro Pal.*

19. Jam subsumo: Nunquam probati poterunt voluntatem, huius Regni habuisse intentionem abrogandi legem præscriptionis, imò contrarium potest, tum quia nemo unquam sciuit res modo præscriptas restituiss. ante sententiam, tum quia si voluissent, eant beneficium præscriptionis à se removere nisi luce clariùs ostendatur, præsumi nullo modo vt modò dictum est, debet.

26. Nec defunt aliæ conjecturæ: Quæ etiam quæ ratione dignosci queat, consuetudinem inducendam ex intentione inducendi obligationem? & respondet Salas, lib. 5. de legibus, cap. 16. n. 13. *fin. id dignosci potest ex duobus conjecturis.*

Prima conjectura: Si consuetudo sit rei gravis, & difficilis, & tamen communiter servetur à populo, quæ solet populus in his actibus uniformiter convenire, & sententias in conscientia obligatum. Hæc Suar. At in nostro semper se Populus difformiter habuit, quæ semper quantum potuit, restitit Judicibus, opponens suam præscriptionem, licet deinde repelleret, ut aliquando fuit admittus, ut ex testimonio, quod præstat infra, num. 23. patet.

Confirmatur ex Sylvestro verb. Inventum, num. 32. de Thefauro sic loquitur: *Secundum Petrum de Pal. hodie obicuntque inveniunt Thefaurus, de consuetudine Principis, sed ego dico hanc consuetudinem in conscientia non ligare, quia non est introduita per modum legis, & violentia, nec fuit unquam moribus mentium approbata, nisi violentè, est etiam contra jura Canonica, quæ volunt bona incerta si restituenda sunt, esse pauperum, & sunt restituenda, id esse contra Jura Civilia, ut patet de rer. divi. §. Thefauros, ubi dicitur, quod Divus Adrianus naturalem aequitatem secutus, &c. contra quam aequitatem consuetudo non potest. Hæc Sylvester, quæ facilius quisque ad rem nostram applicabit.*

Secunda conjectura: Si Viri timorati malè sentiant de his, qui non servant consuetudinem, vel communiter Populus scandalizet.

Hæc ex Suar. At quis unquam malè sensit, vel scandalum passus ex eo, quod quis in Sicilia ante sententiam præscriptionis beneficium consequi voluisset, quod adèd verum est, ut antequam aliqui doctores scrupulum hunc dimittendi ante sententiam rem præscriptionem possent, injeccerint, ne in mentem quidem venerit alicui debere ante sententiam dimittere, quod ex eo colligi potest, quia nemo ex nostris scribentibus, siue Theologicis, siue Jurisperitis huius scrupuli, vel obligationis meminerint, solum Jurisperiti Stylum eternum Magnæ Regiæ Curia hac in re inculcavit, & nil præterea.

Tertia conjectura. Si Prælati, & Superiores puni-
tæter consuetudinem. Ita Syguez; at quis unquam
punitus ex eo, quod fuerit ultus præscriptionem?
Quarta conjectura: Si Materia consuetudinis, & il-
lus adagio multum conferat Republicæ. Hæc p. Sua-
dæ abrogatio præscriptionis non solum non confert
illis, sed officit: licet enim conferat: ne quis possit
se possidere bona fide, cum possiderit mala,
tamen viris probis, qui verè bonam fidem habent,
est magis appellatur. Et profecto majus bonum Reip. est, fa-
vere his bonis, quam propter illos paucos fraudulentos,
in facultatibus probos pati, præferim, quia
in illis jam satis providendi potest per providentiam
legum. &c.

Denique communis est Doctrina apud eundem
Auctorem, l. 2. cap. 15. n. 13. Bonaciam, d. p. 1. de l. 9. 1. m.
n. 21. in dubio semper præsumendum est con-
suetudinem non ex obligatione introductam; tum quia
obligatio, que sunt facti, & non juris non præsumuntur, &
non præsumitur, nisi probetur, tum quia nemo præ-
sumitur sibi velle omnes, & obligationem imponere, nisi
manifestè constet? Quamvis ergo demus nos versari
in dubio, semper habebimus, non accessit contra Sici-
liam consuetudinem obligantem consuetudinem, &c.

Dixi iam secundo, non esse improbabile, fuisse
introductam illam secundam consuetudinem. m. 13.
applicatam, per quam scilicet in Sicilia post sententiam
judicalem, non habeatur amplius recursus ad præscrip-
tionem, & consequenter non peccare iudices, & judi-
cium, nec rem, quam per ejusmodi sententiam quis
vincit, esse restituendam. Ratio est, quia non
facile dammandus est mos tam antiquus in Magna Re-
gia Curia observatus à tot sapientibus viris & timora-
tis iudicibus; unde quia Iudices, & Advocati, & mo-
do citatus, non possunt leges, nec consuetudines legi-
timas contra communitatem facere, ideo judica-
re probabiliter potest, ad hanc secundam consuetudi-
nem consensisse populos Siculos: id quod conjici po-
test, quia post sententiam, nemo solitus est uti præscrip-
tione, quare videri probabiliter potest propter com-
munem pacem ad id consensisse non invitam Siculam
communitatem. Adde consensum Principis, qui in Si-
cilia saltem tacite approbavit ejusmodi sententias, &
fuisse etiam non raro repulit eos, qui contra illas ap-
pellarent. Cum ergo Princeps possit statuere leges,
videtur pro lege hanc consuetudinem statuisse. Id quod
confirmat præcedentem conclusionem; nam nunquam
Princeps coëgit ante sententiam Populos Siculos
ad admittendam legitime præscriptam, quare id nunqu-
am implicite quidem approbasse censendus est.

Quoniam verò fateor probabiliter de hac se-
cunda consuetudine esse valde tunc, cum mihi per-
fundum stylum Tribunalium Magnæ Regiæ Curie
fuerit in præsumptione, quâ supponunt possidentem
bona fide possessionem incepisse; ideo rogarem Iudices
notantes sapientissimos, acque, ac religiosissimos, ut
illi malam fidem inveniant, beneficium præscriptionis
ne deegerent litiganti. Et sicuti multis abhinc annis ne-
que immemorabilis temporis, neque centenaria præ-
scriptio in Siculis Tribunalibus admittebatur; & ni-
hilominus deinde, ut colligitur ex dictis ab Amato alla-
to m. 7. re melius expensa in iisdem cepit admitti:
ita in posterum admittantur & aliæ, ut consequenter
nova lex præscriptionis per lus commune sanctè intro-
ducatur. Atque huic meo desiderio etiam nostros Iu-
dices, & Regis Officiales video permixtè favere,
cum celeberrimus, munitibus magnæ hujus Regiæ Curie,
et libris editis toto Orbe clarus, tom. 2. de donat. tract. 2.
l. 1. special. 39. num. 1. Præscriptionis materiam (inquit)
non casum eliminatam, verum abolitam primis mei Pa-
triciis annis inveni, omnesque more vulgi solitos adducere
legislimos decis. 28. num. 19. affirmant nullam de præ-

scriptione rationem haberi in Tribunali Magnæ Regiæ
Curie; & paulò post: Omnibus ergo viribus suscepti pro-
vinciam Advocati, Iudicesque munere dum fungever, ne
indistinctè ordines, sed illa tantum, quæ iure reprobandur
præscriptionis, reperi deberent legitimis admitti. Et primo
obtinui in immemorabilibus adversus census impositos,
id est, Bullares: postmodum ipsum tentavi, & obtinui in
jurisdictionibus, & non minori demum gaudio etiam in
corporibus, & legitimis, vidi per probos iudices admitti:
præcipue contra D. Henricum Tartarum; cumque negotiū
faceret Capitulum, vel lex sub Martino Rege condita,
quæ est § 8. illam non obstat pluribus probant, puto etiam
non infeliciter, ut totis viribus præscriptioni in extremis
luctantem quem ferret, iuxta quæ sapius ego decidi.

24. Hæc D. Marius, cum per P. Franciscum Bardī
nostræ Societatis vtriusque Theologiæ peritissimum, ac
eidem D. Mario per familiarem, hanc à me scriptam
quaestionem misissent, simulque petissem, ubi ipse pro-
baucit, ostenderet, remisit præcaventer ad me sequen-
tem responsionem, quam hic honoris causâ interfe-
dam duxi.

Admodum Reuerende Domine, & merito
Magister.

25. Vidi disceptationem de præscriptione suo iure
disertissimam, eo publico huius Regni bono excogita-
tam, ne conscientia vacillent, & bona omnia quasi
errantia sidera, aliquando subsistant; Quævis à me
non tantum quid sentiam, & probem; nam in scripta,
quæ tuâ gratiâ laudas, incidisti: verum etiam quo ju-
re, quæve ratione illa scripserim, & quò sententiam ab-
legarim. Rogo, parcas; nam infirmus ex tempore res-
pondeo.

26. Non est contendendum hoc in Regno, ubi Con-
stitutio Principis nominata deficit, jus commune Ro-
manum esse servandum sub moderatione à iure Cano-
nico in rebus pertinentibus ad conscientiam allata, pu-
tà super Matrimonii, Beneficiis Ecclesiasticis, usuris,
j. t. fœnerandi, &c. Nam licet subdamur imperio, pri-
mo tamen legi Ecclesiasticæ parendum; hinc fit, ut
præscriptio, quæ juris Civilis munimen dumtaxat ha-
beat, à nobis conscientia religione repulsa sit, ex cap.
vigilanti; & p. fin. de præscript. quorum prior Consti-
tutio fuit Alexandri III. posterior Innocentij III. In
priori, quadragenalis ab Ephefina Synodo statuta: si-
mala fides addit, expellitur: In posteriori, contra pri-
mum præscribentem statuitur, ne possit in aliqua tem-
poris parte præscribere alienam, si rem esse cognoscat,
Non hic de centenaria, non de immemorabili sermo:
nam prior, cum secundæ cedat, reservatur topicè in
cap. ad audientiam 13. eodem titulo, & de immemorabi-
li sunt plures Canones, & plura, quæ obtuli in Con-
troverf. de Immunitate, lib. 2. quæst. 4. per totam, &
num. 19. ibique aliam eandem rem addidi tuâ censura
digna.

27. Succedit inter hæc lex provincialis prioris Mar-
tini Regis, quæ apertissimè præscriptionem triginta
annorum pro finali præjudicio inducit, quam ita rece-
perunt Patres nostri, ut solum contra præsentem, & de-
fidem, vim haberet; non in absentes à Regno, ut refert
acceptum Carretius nostras in causa Cimminæ, quam
luci reddidi in 2. decis. lib. decis. 20. fol. 171. num. 39. Ideo
autem Martinus posuit turbam causam, & titulos
deperditos, ut ex hac occasione bonam fidem induceret,
ut Canonica legi non obfistere videretur, & sua Con-
stitutio valeret. Neminem verò ex Senioribus, cum
aliquos legerim, vidi firmantem huic legi per consue-
tudinem fuisse derogatum; quinimo in dicta causa
Cimminæ, Vicari, Verbum cauli, & aliis firmavi
gem admittendam esse, licet huicque decisæ non
fuerint.

28. Quod verò audeant pauci huius sæculi Autho-
res ex suo arbitrio non solum illam nostram explode-
re,

re, verum, & immemorabilem divino etiam firmatam eloquio *jud. cap. 11.* & sanctorum Patrum unanimi consensu, cum nec sententias, nec praejudicia proferant, ipsi videant, Perlege, si placet, tradita *dist. 4. q. 4. segg.* Intelleges quia in tam longinquo tempore praescribitur titulus, & bona fides, nam mala fides nunquam praescribit.

29. Non ignoro, Causidicos, repulsam aliquando merito tulisse, qui nudam praescriptionem veris titulis objecerunt, quali temporis beneficium id juris tribuat, ut Actor expellatur; Martinus vero Rex, contra, temporis amissionem Scripturarum, titulorum, & eorum, in quibus exceptio possidentis fundatur, adjungit, & hoc pacto exceptio fundata in legitimo titulo deperdito, & amisso ex illo tempore in diem continuatae possessionis pacifice per 30. annos; sicut in immemorabili allegatur titulus penes nos sub nulla lege exhibendi manens; & ita satisfit praemissis citatis à Domino Doctore scribente, & Intrigliolo, ut diximus *decis. 90.91. usque ad fin. r. 1. & decis. 8. num. 35. tom. 2.* Iterum *tom. 1. decis. 8. n. 37. in fine;* ubi notavi quod Castillus in senectute ann. 1630. decidit pro praescriptione.

30. Qua accepta distinctione, decisum est sapienter contra proprietarios repetentes res censui reservativo subiectas, ac per immemorabile tempus possedissas, non apparente etiam Paulina, vel illa vitiosa, non exhibita tamen per possidorem, ut pro Cardinali de Torres contra Archiepiscopum Panormitanum; pro Principe Cato contra Archidiaconum Montis Regalis; pro Mastrillo, & Algaria contra Cantorem Regij Palatii.

31. Verius est ergo assumptum, ne in Sicilia rejectam praescriptionem dicamus: nam illa ratio Pragmaticae summariae, & de plano, in promptu, ac bene rejicitur inscriptio Paternitatis vestrae: modum enim procedendi respicit, & ideo praescriptionem generatim in exceptionibus oppositam rejicit, quando in vim dilatoriae opponitur cum dilatoriis similibus: sed quando, ut aiunt Causidici, ad negotij totius peremptionem adducitur, & formatur inde obstaculum, quod articulum dicunt, tunc Pragmatica ad aliam ita oppositam non porrigitur.

32. Non mirum, lege praecipiente, & bonam fidem, ac justam, indubitataque conscientiam, atque undique quietam, & tutam inducente, possidens nec restituere sponte, nec impetratus teneatur: nam nullam habere potest alieni conscientiam, si lex principis justa, & sancta rem facit illius, quae, & dominia, & possessiones mutare potest.

D. Marins Cutell.



TRACTATUS II.

De Furto.

CAPVT I.

Quid sit Furtum.

1. Furtum Theologicum, est ex DD. *mox citandis* acceptio, seu contractatio rei alienae externae sine vi, invito notabiliter Domino.

Dixi primò, (acceptio rei alienae) qui enim rem suam ab alio injustè detentam accipit, non furatur: Qui item damnum facit alicui, nihil ab ipso sibi applicando, ut si ejus comburat segetes, quamvis contrahat obligationem restituendi, tamen non dicitur propriè furari, sed damnificare. Ita de Lugo *r. 1. de just. d. 16. sect. 1. num. 5.* In hac eadem particula comprehenditur retentio, injusta ex Mol. *tom. 3. d. 681. a num. 16.* quando enim supervenit mala fides post rem à te bona fide, ut tuam possedissam; incipis rem injustè possidere, quae possessio

est continuata quaedam ablatio, seu acceptio; nam propterea in definitione additum est illud (vel contractatio) haec enim vox aptius significat ejusmodi injustam retentionem. Denique eadem particula (rei alienae) indicat usum injustum rei. Ita Bonac. *de rest. in part. d. 2. p. 3. num. 1.* Oppignerasti Petro, v.g. vas argenteum locasti domum, non potes illa, invito Petro ulupare quia quoad usum, res aliena est, non tua.

2. Dixi secundò, (Rei externae) Si quis enim sciret à te scientiam, vel furaretur artificium secretum de aliqua arte, vel medicamento, propriè furtum non committeret, quamvis si damnum sic tibi injustè inferret, damnificationem faceret cum obligatione restitutionis illati damni. Hinc etiam fit, ut si quis furaretur hominem liberum, hoc est, sibi illum pro servo occuparet, non diceretur illum propriè furari. Ita de Lugo *ibid. num. 18.* quia ejusmodi injustitia est contra bonum corporis non contra bona externa. Non ita si furum mancipium ab ejus Domino; mancipia enim comparantur inter Dominorum externa bona. Furari filium Patre aliqui putant esse verum furtum, quia Patris potestatem habet in filiis: ita Val. Turr. apud eundem *cap. 1. de abiliis puto cum Mol. l. c. n. 14. Less. cap. 12. d. 2. n. 3.* damnaficatorem, quia ex una parte filius non comparatur inter externa Patris bona, & ex alia cum propriè occupantem propter servitium, & commoditatem, & similibus, damnum patitur absque dubitatione Patris.

3. Dixi tertio, (sine vi) hac enim posita, constituitur alia species peccati, nempe rapina, quae ultra furtum addit violentiam in personam Domini. Sic Mol. *ibid. d. 683.* Quod si sciente, vel vidente Domino aliquis ab illo sine vi surripias, furtum committes, non rapinam, ut solet evenire, quando Dominus servo furtum perimit, ut illum in furto comprehendat, puniatque. An id sit furtum, dixi *supra d. 5. q. 4. a num. 2.* Vis autem hac non solum infertur manibus, sed etiam verbis, puta minis, percussioneque metus, unde Grassator in via incurriturum mortis, si ei dones pecuniam, rapinam sine dubio committit; & Molina *ibid. num. 4.* etiam addit malitiam rapinae inueniri, quando subditi tributa iniqua solvant, vel Principibus sua donant, si coacti metu injusto solvant. Injusto, inquam; nam cum vis rapinae constitutus debeat afferre injuriam, injustus debet esse metus.

4. Dixi quartò, (invito Domino) nam non est furtum ex Bonac. *de rest. in part. d. 2. quæst. 8. part. num. 1.* si probabilem rationem habes putandi Dominum Consentire; Hoc modo frequentissimè excoluntur peccato Amici, Filij, Conjuges, Servi aliquid non inde grave, spectatis ejusdemque facultatibus, aliisque circumstantiis, invicem accipientes. Dico (probo) bitem rationem nam si vel dubius sis, vel nescias, An Dominus invito, invitum praesumere cum debes, cum ex frequentier contingentibus sciamus, neminem sua vel dispergere. Ita Sà, Sylvest. Valsq. aliique apud Mol. *d. 686. num. 12. fin. & apud Sanch. in Dec. l. 7. cap. 19. a fine.*

5. Dixi quintò, (rationabiliter invito) nam furtum non committit is, qui rem alienam auferit, ex Bonac. *ibid.* aliisque passim, ad suam iustam compensationem nec qui existit in extrema, & per aliquos etiam, in gravi necessitate: sic Nau. Less. Fill. quos refert, & non sequatur Bonac. *ibid. d. 9. p. 3. num. 5.* nec qui gladius verbi gratia, vel librum hareticum à Domino auferat, is hominem occidat, neve haereses legat, sic Bonac. *d. 2. q. 8. p. 1. num. 1.* quia tunc irrationabiliter invitum est Dominus. Idem puto cum Bona. *ibid.* si uxor, vel filius auferant pecuniam, vel quid simile à Patre, ne scortum ludarique, &c.

6. Petes: Cur furtum hactenus explicatum vocamus num. 1. Theologicum, Respondeo, quia hoc, in fine conscientiae, Theologi pro vero furto habent: nam perisconsulti multa, quae in conscientia vera sunt foras prolunt habere pro furtis, & aliquando miniori perisconsulti